



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



A. J. 55. 6199

DISSERTATIO INAUGURALIS

DE FOR

LIANTAM DEO

MEMORIAM

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

DE

STAATSBIBLIOTHEK
BOCHUM

REVERENDISSIMO
ET
CELSISSIMO
S. R. I. PRINCIPI
AC
DOMINO, DOMINO
ADAMO
FRIDERICO,
DEI GRATIA
EPISCOPO BAMBERGENSI
ET
WIRCEBURGENSI,
FRANCIAE ORIENTALIS
D U C I
&c. &c.
DOMINO, DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO.

REVERENDISSIMO

ET

CELESTISSIMO

S. R. I. PRINCIPALI

DOMINO DOMINO

OMNIA

PERFECTISSIMO

ALTISSIMO

INTELLIGIBILISSIMO

INTELLIGIBILISSIMO

INTELLIGIBILISSIMO

INTELLIGIBILISSIMO

INTELLIGIBILISSIMO

REVERENDISSIME

AC

CELSISSIME

S. R. I. PRINCEPS,

DOMINE, DOMINE
CLEMENTISSIME.



*quam felici sanè Franconiae totius
Orientalis fato accidisse dicam,
REVERENDISSIME AC CEL-
SISSIME PRINCEPS! quòd unanimes TE vox
eligentium inter festivos populi acclamantis ap-
plausus eo potissimum tempore ad solium Principa-
le eveberet, quo gliscentes jamjam Martio sub*

X 3

cine.

cinere belli flammae ruinas undique minitarentur,
& infausta quævis velut in imagine præsegebant;
quæ eruptæ etiam postea in apertam incendium
universam latè Germaniam involvère, atque in
finitimis quoque oris Franconicæ nostræ grassari
adeo coeperunt, ut hostes eam jam propè totam
animo sibi prædam ambabus partibus destinarent.
Fluctuabat tum navis Reipublicæ Franconicæ me-
dias inter hostiles undas, & ima petere protinus
coaëta fuisset, nisi TU, REVERENDISSIME
AC CELSISSIME PRINCEPS! gubernacula
providè adeò direxisses, in QUO solo firmissimo
sibi omnes anchoram salutis securius promiserunt;
CUJUS una etiam sapientissimo consilio factum est,
ut ex omnibus istis calamitatum procellis ad por-
tum illa feliciter emergeret, ut verum sit de TE
REVERENDISSIME AC CELSISSIME PRIN-
CEPS! illud TACITUS prim. Annal. Ea est impe-
randi

randi ratio, ut non aliter constet, quam si uni reddatur. *Nibil enim tum temporis reliquisti, qua vita, quo bona civium & salus publica illæsa & incolumis servaretur, probe ratus: nullum ornamentum Principis fastigio dignius, testante SENNECA Lib. I. de benef. sub fin., pulchriusque esse, quam illa corona: OBSERVATOS CIVIS: non hostilia arma detracta victis, non currus barbarorum sanguine cruenti, non parta bello spolia. Et quid amabò ad incrementum populi, quid ad conservandam Reipublicæ tranquillitatem majus aut felicius existere potest, quam Providissimum, & Sapientissimum in solio Principem revereri? Sapientia quippe illa virtus est, per quam Reges regnant & Legum Conditores justa decernunt, per quam Principes imperant & Potentes decernunt justitiam, Prov. c. 8. v. 15. & 16. Sapientiam dum appello, justitiam, clementiam,*
reli-

*reliquasque virtutes Principales intelligo, quas Sapientia, virtutum domina merito sub se complectitur, utque præ cæteris primatum sibi vendicat; quis scopus, quæve meta dictorum sit, REVERENDIS-
ME AC CELSIS-
SIME PRINCEPS! non adeo
difficilis coniectura est; quin potius REVEREN-
DISSIMAM CELSITUDINEM TUAM vi-
vis quasi coloribus depictam in imagine Sapientie re-
lucere communibus votis indigent singuli; quorsum
enim tendit instituta noviter circa stabilienda fidei
dogmata Sacræ Scripturæ Professura? quo colli-
mant edita in rebus bellicis tum ad munulendas urbes,
tum ad servandos militum ordines edita saluberrima?
quid sibi volunt publicæ in re judiciaria Or-
dinationes Justitiæ & processuales, quid mandata to-
tidem Provincialia, quid novissimæ pro firmanda
pace publicæ rerum criminalium inquisitiones, quid
proditæ tam ad decorem civitatum, quam ad utilita-
tem*

tem publicam Ordinationes Politicæ alia, nisi Sa-
pientiam, nisi Justitiam loquuntur? Felicem igitur
populum, felicem Rempublicam dixerò, cujus salus
firmissimæ adeò basi, Sapientie nimirum Principis,
innititur, feliciorum adhuc me ipsum prædica, cui
specialissima hodiè gratia obigit, quod thesaurum mea-
rum PATRONUS esse gratiosissime non dedigna-
tus, & ut ultimos hosce studii juridici labores glo-
riosissimis auspiciis tuis dedicarem, licentiam mihi
clementissime fueris impertitus.

De dote autem præsentem Dissertationem in-
scripsi, quod dum facere institui, nolui ego auda-
cè præsumere, ut de dotibus Summorum Prin-
cipum differerem, nolui auctoritatem illorum firma-
re legibus, qui ipsi Legislatores existunt ac Custodes
utriusque Tabulæ audiunt. C. Principes XXIII. Q.
5. sed de dote privatorum in matrimonii liberorum

XX

con-

constituenda, quatenus ea, & quo, & in qua quantitate constituenda sit, unice agendum putavi atque rationem dotandi potissimam in officio paterna positam esse decidi.

Quae cum ita sint, REVERENDISSIME AC CELSISSIME PRINCEPS! cujus auspiciatissimo patrocinio hoc genus operis decentius, nisi REVERENDISSIMAE CELSITUDINI TUAE dedicare potuissem? QUI re ipsa PATER PATRIAE es, & TE talem hactenus semper exhibuisti, bonitate, liberalitate & Clementia in singulos: Sæpe enim numero animadverti, inquit CHRYSANTAS, Principem bonum à patre bono nihil deferre, nam & patres liberis prospiciunt, ut ne unquam iis bona deficient: & potissima dos in Principe Liberalitas & Clementia dicitur, teste POMP. LAET. in Diocletiano, Patere igitur REVERENDISSIME AC CELSISSIME PRINCEPS! ut

&

207

1701

*& ego inter reliquos minimus. sacratum solium
Tuum supplicando accedam, patere, ut me devotis-
simum filiorum quęnpiam palam profitear : & si
PATER PATRIAE es, uti certò es, si dos Princi-
pum potissima Liberalitas & Clementia, si universa-
lis omnium Protector diceris Leg. un. Cod. Quand.
Imp. inter pupil. ubi, si impetratum fuerit lenitatis
judicium, si qui judicium Serenitatis oraverint,
Principale iis auxilium promittatur, non dedigna-
beris, credo, REVERENDISSIME AC CELSIS-
SIME PRINCEPS ! si eadem spe sustentatus ho-
die a TE commutii omnium Parente filius ego in-
dignissimus dotem quondam gratiæ sim expectatu-
rus, qui in profundissimâ submissione emorior*

**REVERENDISSIMAE
CELSITUDINIS
TUAE**

Subjectissimus

BERNARDUS KAZENBERGER.

1701

CONSPECTUS DISSERTATIONIS.



CAPUT I.


Origo, Notio & Divisio dotis secundum varia jura exponitur.

CAPUT II.

Facultas filias inæqualiter dotandum ex jure Romano tum Germanico demonstratur.

CAPUT III.

Jus Franconicum circa filias inæqualiter dotandas juri communi suffragari concluditur.



CAPUT



CAPUT I.

*Origo, Notio & Divisio dotis secundum varia
Jura exponitur.*

SUMMARIA.

- I. *Scopus Dissertationis.*
- II. *Notio & Definitio dotis exponitur.*
- III. & IV. *Dotem nullum in Jure Naturæ fundamentum
reperiri demonstratur.*
- V. *Fuerunt tamen pleræque gentes, quæ filias dotare in
usu habuerunt.*
- VI. *Apud Romanos constitutio dotis necessitatis fuit.*
- VII. *Distinguebant ii inter dotem datam, dictam & pro-
missam.*
- VIII. *Effectus Juris diversi quoad has enumerantur.*
- IX. *Divisio itidem dotis in profectitiam & adventitiam,
hujusque effectus.*
- X. *Causa publicatæ Legis Juliæ exquiritur.*
- XI. *Fit transitus ad Jus Germanicum.*



- XII. *Hoc Jure obligatio dotandi principaliter maritis incumberebat.*
- XIII. *Successu temporis quaedam à foeminis earumque parentibus etiam matrimonio illata fuerunt, quò pertinet die Fráutein. Steuer.*
- XIV. XV. XVI. & XVII. *Donatio propter nuptias dotalitium, vidualitium, Morgengaba quoad diversos Juris effectus illustrantur.*
- XVIII. *Ratione filiarum inæqualiter dotandarum Jure Romano aequè ac Germanico transitur ad Caput II.*

§. I.

Cùm de materia in præsentì agere cogitârim, cujus tum ob amplitudinem suam immensa propemodum Jctorum volumina ubique extant, tum ob celebritatem & præstantiam vires sanè summi ingenii exquiruntur, vereor profectò ac malè metuo, ne non ipse quoque cum cæteris hætenus vulgaris critirii notam effugiam, atque temeritatis inde arguar, quòd id molis sponte susceperim, cui perferendæ pares superimponere humeros & incassum laborare non incongruè videri possem; Verùm enimverò si ipsum thema Dissertationis protinus conspiciatur, jam è longinquo collimare licebit, non eam mihi mentem & animum venisse, divulgatam satis materiam dotis arctis admodum pagellis constringere velle, sed de casu omnino speciali ratione inæqualitatis ejusdem differendum putâsse; atque hæc opus, hic labor esto, in eo potissimum studium collocare,

care, ut, in quantum Dissertationis limites patiuntur, rubro nigrum correspondeat.

§. II.

De dote dum differendum est, ejus notionem præmittere non incongruè duxi : est autem dos res certa, vel etiam universitas rerum ab uxore vel alio quopiam ad maritum in ordine ad eò meliùs ferenda onera matrimonii delata, quæ, ut ex vario Jure omnino descendit, ita & in hæc quodammodo, præcipuè quæ ad fora nostra propiùs accedunt, inquirere hoc Capite operæ pretium arbitratus fui.

§. III.

Si imprimis ipsum Jus Naturale tanquam nexum Jurium cæterorum circa hanc materiam consulamus, primo statim obtutu obvenire solet, nullum omnino ibidem dotis modernæ vestigium reperiri; vel enim hoc Jure spectamus dotis quantitatem, vel in ipsam substantiam inquiremus, utroque casu determinatum nihil ibidem deprehendetur; quoad quantitatem quippe scimus aliam Romanis, aliam Germanis, Saxonibus, Longobardis, Wisigothis aliam, aliisque gentibus extitisse, ut fufius in hanc rem videndus SCHILTERUS (a): quæ diversitas gentium, cum jam quandam mutationem Juris Naturalis aperte inferret, quis non id primordiis & essentialibus

A 2

libus

(a) Exercitar. ad Pandect. 36. §. 66. & seqq.



libus Juris illius Principiis directè repugnare intelliget, aut quis facili adeo judicio ferretur; totas etiam gentes ipsum Jus Naturale per solam rectam rationem intimam tam enormiter olim ignorasse.

§. IV.

Quoad substantiam controversia ista minùs quoque in recessu habet, cùm juxta principia hujus Juris notoria non dos, sed mutuus utrinque consensus matrimonium constituat, illudque absolutè absque dote constituta subsistere possit, prout in subsequenti Capite uberius explanabitur: inde legimus SOLONEM & LYCURGUM Legibus cavisse, ut mulieres indotatae nubere, ut habet PLUTARCHUS (*b*). Videatur infimul PEREGRINI in Continuatione Dissertat. Academic. (*c*). Ægyptii quoque adeo dotes averfabantur, ut, qui eas acciperent, velut mancipia addicerentur (*d*). Quæ itaque hodie dotes dantur, ad melius tantùm esse constituuntur, ut maritus eò libentius onera matrimonii, quæ bene multa sæpè & gravia, sustineret (*e*), eò melius a viro tractetur (*f*), & post fata mariti congruum denuò matrimonium invenire

(*b*) In Apothegm. Lacon, & in vita SOL. atque LYCURGI problem. 30.

(*c*) Ad Lib. 23. tit. 3.

(*d*) Juxta ALEX. ab ALEX. gen. diet. L. 2. c. 5. & L. 4. c. 8.

(*e*) Arg. L. 12. pr. Cod. qui pot. in pigno. L. 76. ff. de jure dot. L. 1. ff. solut. matr.

(*f*) Arg. L. f. ad Sen. Vellej.

venire possit, quod secus difficulter accidit, juxta illud
 PLAUTI a PEREGRINI loco citato assertum: *Virginem habeo
 grandem, dote cassam, inlocabilem.*

§. V.

Apud plerasque tamen gentes filias dotare in usu
 fuit, ne integro patrimonio suorum parentum destitue-
 rentur, uti pulchrè advertit HEINECCIUS in Antiquitat.
 Roman. (g) in verbis: *Filii apud plerasque gentes in
 domo paterna manebant Domini ac hæredes omnium, quæ
 parentes reliquissent, bonorum futuri, ita filia econtrà per
 nuptias in perpetuum dimittebantur è domo paterna, hinc
 innuptæ debeant ex bonis paternis ali, nuptæ verò instrui
 dote, ne plane exsortes essent paternæ hæreditatis.*

§. VI.

Romanis certè nihil non semper pro modo amplian-
 dæ Civitatis magis placuit, multumque ii nullo non tem-
 pore solliciti fuere, ut Civitates sobole repleantur, ad
 quod plurimum conferre rati, si digna nubentibus filia-
 bus dos constitueretur, ut spe lucri pro fine bonum Ci-
 vilitatis intentantis maritos allicerent; quapropter obligati-
 onem dotandi filias ob commune Civitatis bonum in le-
 gis necessitatem transtulerunt, ut eleganter intuit POM-
 PONIUS (h), dum ait: *Dotium causa semper ubique præci-*

A. g. puæ

(g) Lib. 2. tit. 8. §. 2.

(h) L. 1. ff. solut. matr.

pua est, nam publicè interest, dotes mulieribus conservari, cum dotatas esse fœminas ad sobolem procreandam replendamque liberis Civitatem quam maximè sit necessarium: Huic adstipulatur PAULUS (i), dum asserit: Reipublicæ interest, mulieres dotes salvas habere, propter quas nubere possint.

§. VII.

Distinguebant autem potissimùm inter dotem datam, promissam & dictam: dari dos dicebatur, si præsentem marito ipsam acceptante actualiter illi traderetur; atque hæc dotis datio eo ritu fiebat, ut pecunia illa in dotem danda pridie nuptiarum consignata, & custodiæ, securitatisque gratiâ apud auspices deposita fuerit, quæ ex post in castino nuptiarum viro demum restituebatur: Promissio dotis fiebat interposita stipulatione ad interrogationem promittentis & subsequenter responsionem acceptantis: dictio ejusdem ex Jure Formulario descendebat, verbisque solennibus fiebat, fuitque nihil aliud, quàm expressio summæ a Patre sponsæ in dotem dandæ, veluti ut legere est apud TERENT. ANDR. (k), ubi CHREMES: - - - *Dos, PAMPHILE est talenta quindecim. PAM. Accipio.* Sanè solennia verba in dotis dictione observanda esse disponitur (l), & dictio dotis à datione minus solenni distinguitur (m).

§. VIII

(i) L. 2. ff. de Jure dot.

(k) V. 4 v. 47.

(l) L. 3. C. Theod. de incest. nupt.

(m) L. ult. C. Theod. de dotibus.

(o)

§. VIII.

Notabilis admodum tamen differentia fuit inter istas dotis Species §vo præcedente recensitas : dos dici solebat à tribus tantummodo personis, scilicet ab ipsa muliere vel ejus patre, ad quos ad summum adhuc alios per virilem sexum conjunctos assumebant, vel uxoris debitore; dare verò vel promittere dotem quilibet poterat, quamvis nullo cum dotanda inter se vinculo sanguinis ligaretur; quam differentiam agnoscere quoque videtur PAULUS (n). Mulieris tamen potestas circa dotem constituendam in Lege Romana valde restricta fuit, ita ut nec dotem dare, dicere aut promittere potuerit sine autoritate tutoris; inde si mulier tutore destituta fuerit, ei Lex Papia Poppæa ad dotem dandam, dicendam promittendamve tutorem assignandum præcipiebat.

§. IX.

Innotuit quoque Romanis divisio in dotem profectitiam & adventitiam: illa est, quæ provenit ex bonis paternis vel datur intuitu Patris; quam verò alius quicumque offert, dotis adventitiæ nomine venit; Profectitiæ is effectus est, eam regulariter mortua uxore ad Patrem reverti, ut filiâ amissâ solatii loco cederet, & ne pater filiam & pecuniam simul amitteret (o), quod Jus & hæredibus patris repetendi dotem denegandum non est (p). Dos adventitia

(n) L. 41. pr. ff. de Jure dot.

(o) L. 6. ff. de Jur. dot. L. 12. L. 26. pr. de pact. dotal.

(p) L. un. §. 6. Cod. de rei uxor. act.

titia econtrà penes maritum remanet, nisi dotem constituens eam sibi restitui expressè in conventionem deduxerit (q), vel uxor inter vivos vel ultima voluntate desuper disposuerit.

§. X.

Inde evenit, Romæ divortia tum temporis fuisse frequentissima, & maritos se à conjugibus eum sæpius in finem separasse, ut dotem lucrarentur, eamque etiam subinde alienarent, atque idcirco conjuges tanquam indotatæ congruum postea matrimonium invenire non potuerint; huic malo utpote bonis moribus averfanti ob statum publicum de non alienanda dote per publicatam ab AUGUSTO Legem Juliam de adulteriis coercendis obviam itum fuit, quod hodie in foro certis conditionibus etiamnum observatur.

§. XI.

Discusso Jure Romano juvat modo quædam de Jure Germanico advertere: quod vero dum aggredior, nolo Leges omnes Ripuariorum, Bojoariorum, Allemanorum &c. in cumulum colligere, sed ea potissimum huc conferam, quæ ad rationem instituti quadrant, & originem dotis hoc Jure primario solent spectare.

§. XII.

(q) L. 29. §. 1. ff. solut. mat.

(10)

§. XII.

Obligatio dotandi mulieres Jure Germanico principaliter incumbere marito, unde Tacitus (r) ita habet: "Dotem non uxor marito, sed uxori maritus offert, inter sunt parentes & propinqui, ac munera probant: munera non ad delicias muliebres quæsitæ, nec quibus nova nupta comatur, sed boves & fræpatum equum & scutum cum framea gladioque. In hæc munera uxor accipitur, atque invicem ipsa armorum aliquid viro affert; hoc maximum vinculum, hæc arcana sacra, hos conjugales Deos arbitrantur." Atque inde est, quod apud Germanos soli viri sibi uxores, non uxores viros coemere in consuetudine habuerint. Vid. HENNECCIUS (s).

§. XIII.

Inficias tamen non in his, a sceminis, illarumque parentibus successu temporis quædam ad ferenda onera matrimonii illata fuisse, interim tamen hæc non semper rationem dotis habuisse in præpatulo est, cum nihil commune habuerint cum dotibus Romanis; necessario enim danda non erat, neque maritus desuper Dominus, sed tantum legitimus & fructuarius tutor uxoris fuit (t), quæ etiam a sceminis & parentibus matrimonio illata plerumque tantum in minuta pecunia, &

B

iis.

(r) De moribus Germanorum Cap. 18.

(s) Antiquit. Rom. Lib. 2. tit. 8. §. 3. lit. a.

(t) BERGER de Diferim. bon. ut. §. 17.

fis, quæ sunt levoris pretii, consistebant: postmodum
 verò etiam in auro diviti argentoque augeri cæpta sunt:
 unde enatae fuerunt non tam multiplicæ, quàm specio-
 sæ collectæ vulgo: **die Secklein Steuer**: quæ toties à
 subditis exigebantur, quoties in mente habuerint Princi-
 pes unam filiarum in matrimonium elocare; inde ad
 modum doctum à clientibus olim patronorum suorum filia-
 bus datarum **JOHANN. JACOB DRACO** (u) colligit, morem
 illum ortum esse, " quod subditi pro elocandis Magna-
 rum filiabus hodieque collectas solvant: ita **BESOLDUS**
 (x), plura videri poterunt apud **MÜLLERUM** (y). Ab ini-
 tio quoque Germani dotes mulierum & donationes pro-
 pter nuptias conjungebant, invalescente verò in foris
 Germaniæ Jure Romano dotis nomen assumpserunt, &
 inter dotes & donationes propter nuptias sedulo discer-
 nebant.

§. XIV.

Vestigium antiquæ dotis Germanicæ nobis offert do-
 natio propter nuptias, quæ hodie inter personas illustres
 obtinet: hæc de Jure Romano nihil aliud est, quàm se-
 curitas dotis à marito sponsæ data: Jure Germanico au-
 tem est æqualis quantitas à marito ex proprio patrimo-
 nio uxori in eventum soluti matrimonii assignata, voca-
 turque vulgò **die Widertag**, & his potissimum verbis ef-
 fertur:

(u) Cap. 6. N. 7. de Jure Patriciorum.

(x) Thesaur. pract. lit. I. N. 43.

(y) De Princip. & Stat. Imper. Cap. 22.

fertur: die von meiner Fräulein Braut eingebrachte 6000 fl. Heyraths Gut verspreche gleichmäßig mit 6000 fl. zu widerlegen, und diese 12000. fl. auf meine Güter zu N. N. zu versichern. Huic affine est dotalitium inter personas illustres à marito in allodio constitutum, quod etiam rationem dotis Germanicæ habet, hocque debetur semper, etiamsi uxor in dotem quid contulerit, vel indotata nupsit; aliud tamen in feudis circa dotalitium ratione uxoris indotatæ esse in apriço est. Vid. STRYCK (z), STRUVIUS (aa).

§. XV.

Confundi tamen inter se non debent donatio propter nuptias, dotalitium & dos; cum vidualitio & morgengaba, cum differentia se ultro offerat: vidualitium enim **der Wittibsig oder Bemittum** est liberalitas promissa à marito suæ uxori in casum viduitatis, inde notabiliter differt à dotalitio in eo, quod status secundarum nuptiarum non tollat dotalitium, bene verò tollat vidualitium; à vidualitio insuper insignem differentiam à morgengaba, vulgò **der Morgengab**, reperire est, quod hæc non nisi detur uxori in signum consummati matrimonii (bb), GÜNDLING (cc).

B 2

§. XVI.

(z) In Examine Juris Feudalis C. 7. 9. 21. 22. seqq.

(aa) De Feud. Cap. 14. Thef. 9.

(bb) Ins Prov. Sax. l. 20.

(cc) Diff. de emp. uxat. dot. & morgengab. Cap. 3.

§. 5.



§. XVI.

Atque hæc non tam verbis quam diverso quoque juris effectu inter se discrepare ex allatis superioribus pronum erit colligere; vidualitium enim solo statu viduitatis limitatur, & tam diu penes uxorem defuncti remanet, quam diu illa ulterius matrimonium non affectat: **so lang sie den Wittibstuhl nicht verrucket**: uxore igitur ad secunda vota transeunte, cum sic status viduitatis aperte mutetur, necessario quoque vidualitio carere debet: dotalium econtra potest manere etiam apud hæredes defuncti conjugis, si uxor, veluti apud Saxones, quadruplicatis tantummodo usuris contenta esse velit, sic si dotalium est à 4000. fl. quadruplicatas ab his usuras uxor 800. exposcit, STRYCK. (*ad*), GUNDL. (*et*).

§. XVII.

Semper tamen uxori arbitrium relinquendum esse censemus, velutne ea usuras, vel totum capitale dotale petere, quod verò magis proficuum & utile sit, pro diversis rerum circumstantiis, quæ obvenire possunt, determinari nequit, inde suadendum vel maxime est, ut habus, quæ exinde propullulare possent, conventis desuper specialibus pactis **durch Seyrathe. Statten**, prout hodièdum inter familias illustres fieri solet, præcaveatur.

§. XVIII.

(*et*) De Success. ab intestat. diff. 4.

(*et*) Diff. cit. Cap. 2.

(•)

§. XVIII

Ex dictis hætenus liquet, obligationem dotandi liberos ex ipsis fontibus Juris Naturalis derivari non posse, hanc verò necessitatem parentibus Jure positivo, in specie Romano impositam esse, num verò ea necessitas æqualiter dotandi Jure Romano æquè ac Germanico incumbat parentibus, demonstrabit

CAPUT II.

Facultas filias inæqualiter dotandi tum ex Jure Romano tum Germanico demonstratur.

SUMMARIA.

- I. Inæqualitas dotis ex diverso patrimonio parentum & dignitate mariti de Jure Romano liquidè evincitur.
- II. & III. Quod id ipsum ex Juris Analogia & ratione Legis in Germania non incongruè applicatur.
- IV. V. VI. & VII. An filia nobilis contrahens matrimonium cum plebejo dotem patritiam vel moribus familiarie consuetam petere possit? negativè deciditur, insuper quædam exceptionis satisfiat.
- VIII. IX. X. XI. & XII. De dotibus Imperatorum, Regum, Principum & Statuum Imperii circa elocandas proles Serenissimas remissivè.
- XIII. XIV. XV. XVI. Inæqualitas dotis apparet vel maxime ex eo, quod pater filiam ultimè quàmvis peculium possidentem dotare non tenetur.

XXVII—XXVI. *Nec dotem æqualem nec legitimam absolutè sed solummodo alimenta in casu necessitatis Jure tum Naturali tum positivo deberi ex resolutione argumentorum demonstratur.*

XXVII—XXX. *Legem finalem Cod. de dot. promiss. & nud. pollicit. tanquam sedem sententiæ oppositæ & unam ex 50. novis decisionibus doctrinæ nostræ suffragari, adversanti vel maxime contrariari, deciditur, & ratione inæqualitatis dotis ex Jure Franconico ad Caput III. proceditur.*

§. I.

Inæqualitas dotis Romanæ olim constitutæ vel ex modo collationis illorum, vel ex ipsis Legibus Romanis abundè dimetienda erit, quibus cautum est, quòd dos pro quantitate circumstantiarum, non tantum scilicet pro quantitate patrimonii & modo facultatum, sed imprimis quoque pro dignitate & conditione mariti constituenda sit; Ita enim **CÆLUS** Lib. II. Digest. (ff): *Modus ac facultatibus & dignitate mulieris maritique statuendus est, quousque ratio patitur.* Eiusdem opinionis est **PAPINIUS** Lib. 4. Responsorum (gg): *Dotis etenim quantitas pro modo facultatum patris & dignitate mariti constitui potest.* Idem in *instit.* (hh): *Dos pro modo facultatum & dignitate natalium rectè per matrem constitui potest.*

§. II.

(ff) L. 60. ff. de Jur. dot.

(gg) L. 69. §. 4 de Jur. dot.

(hh) §. 5. L. cit.

(8)

§. II.

Atque has ipsas Leges ad fora Germaniæ non incongruè applicari posse arbitror, si ipsam causam finalem dotis filiabus porrigendæ ad rimam exactè vocare liceat, cujus sanè hæc & unica ratio est, ut congruum matrimonium inveniri, oneraque illius eò melius perferri possint; quis verò non sedulo secum perpendit, matrimonium filiz respectu unius mariti congruum, respectu alterius verò incongruum existere posse? nonne ipsum patrimonium & facultas parentum, nonne dignitas mariti inæqualis, ipsaque onera matrimonii inæqualia esse possunt? quæ ratione itaque æqualitas dotis regulari possit, haud colligere erit.

§. III.

Durum profectò foret, gravisque parentibus obligatio incumbere, filiis necessitas æqualem filiabus dotem statueri imponeretur; consequens sanè foret, in casu extantium in magno numero liberorum, parentum bona vix non in totum evacuari, iisque occasionem relinquere, quantitates bonorum paternorum ex imò scrutandi, æque sic ansam capiendi, ut tanquam in vivis adhuc rerum paternarum condomini in ordine ad succedendum quid non emoliantur.

§. IV.

~~Contingit quippe etiam non rarò filias nobiles contra decus illustrissimæ familiæ matrimonia cum uno alteroque~~



roque ex dispari omnino sorte & plebejo contrahere, desuperque in eadem familia vigere certam quantitatem dotis filia ejusmodi elocandæ determinatam, num stante hoc matrimonio cum viro privato civici ordinis filia illustris dotem pactitiam vel moribus familiæ consuetam æqualem cum cæteris prætere possit, quæstionem quoque huc loci non inutilem esse autumo.

§. V.

Videri posset, eam affirmativè decidendam esse, eoquod filia talis illustris ex eodem thoro prognata eandem legitimam, quæ omnibus liberis ex eadem familia è parentum hereditate debetur, prætere possit, & in hujus locum ex consuetudine & observantia Imperii ipsa dos succedere videatur. Verùm exinde nihil efficitur, cum aperto jure constet, quòd filiabus illustribus dos, sicut fratribus appanagiatis appanagium, non ad quantitatem legitimæ constituatur, neque illæ ad hæc provocare possint, quoniam filiae illustres dotem, sicut fratres appanagiati appanagium, non jure successionis, sed mero jure provisionis nanciscantur: SCHWEDER (ii), ipsaque legitima quoad sui determinationem & quantitatem Juris Civilis sit, adeoque ex justa causa diminui possit.

§. VI.

Deinde si ad mentem & communem intentionem illustrium paciscentium circa regulandam dotis quantitatem

(*) Disput. de privil. jur. sing. person. illust. p. 1. c. 2. Th. 37.

rem confugiamus, ii profectò, si tempore pactorum initiorum & conventionis quæstio mota fuisset, an Statutum etiam ad eum casum pertinere vellent, ubi contra decorem familiæ filia quædam in thorum transierit, ii difficulter vel nunquam in id consensum dedissent: quæ autem verosimilia sunt, habentur pro veris, BARBOSA (*kk*), & inverosimilia pro falsis habentur, MENOCH (*ll*).

§. VII.

Enixus iste animus paciscentium inde potius eruitur, quòd ii ideam, quæ penes domos illustriores de ineundis ejusmodi matrimoniis haberi solet, pro norma sumperint, & in eum tantummodo casum direxerint, ubi filia illustris secundum statum dignitatem & familiæ ad vota se se contulerit: cum in regula communiter DD. agnoscant, majorem feminae viro nobili ac illustri nubenti constituendam esse dotem, quàm illi, quæ plebejo in manum convenit: TIRAQUELL. (*mm*), FRITZ (*m*), KNIPSCHILD (*oo*); certam tamen iis in casibus in ordine tum ad alimentationem, tum ad onera matrimonii sustinenda quantitatem ex regulis æquitatis minimè crediderim filiabus ejusmodi esse denegandam.

⌣

§. VIII.

(*kk*) Locuplet. lib. 19. Cap. 10. axiom. 10.

(*ll*) C. 230. num. 89.

(*mm*) De Nobilit. Cap. 20. num. 163.

(*m*) De Nobilit. Concl. 23. lit. b.

(*oo*) De Jure Nobil. Lib. 2. C. 1. n. 69. & 70.

§. VIII.

Quemadmodum igitur ab initio hujus Capituli deducum fuit, dotem penes Romanos secundum dignitatem patrimonii patris & dignitatem mariti olim constitutam fuisse, ita eundem morem postea imitari ceperunt Serenissimi Principes, qui itidem in elocatione filiarum insimul rationem habuerunt territorii, & dignitatis nubentis Principis, quatenus si amplum vel minus amplum territorium possiderunt, vel dignitas Sponsi præstantior extiterit, eatenus si dotem vel ad certam quantitatem in favorem Principis regentis restrinxerunt, vel minorem aut majorem constituerunt, & ex affectu peculiari ac intuitu potentiae eminentioris, quâ forte Sponsus pollebat, largiorem indulgere.

§. IX.

Ita ALBERTUS II. Imperator eoque mortuo FRIDERICUS III. Annæ filiae ALBERTI à WILHELMO FORTI Saxoniae Duce in thalamum acceptæ constituerunt dotem 10000. Ducatorum, 30000. pro Austria & 70000. pro Hungaria & Bohemia; FERDINANDUS II. filiae Mariæ Annæ, cum sponsalia cum MAXIMILIANO I. Bavariae Electore iniret, 100000. florenos pro dote dedit; Singulaeque JOSEPHI Imperatoris filiae pro dote obtinuerunt 100000. florenos ex ditionibus Austriacis, quibus intuitu Hungariae & Bohemiae adhuc 400000. præter jocalia & vestes vulgò *Ausfertigung* adjecti fuerunt.

§. X.

§. X.

Ex Domo Bavaricâ MARIA ANNA FERDINANDI MARIAE Electoris Bavarizæ filia LUDOVICO Gallizæ DELPHINO 1679. nupta ei attulit 100000. thaleros ac ornamenta eundem valorem adæquantia; ex domo Saxonica filizæ Electorum 30000. thaleros, Ducum 20000. nunc florenos Misnicos, nunc thaleros pro dote acceperunt, quæ tamen per confraternitatem Saxo - Hassiacam ad 12000. florenos determinata, & repetito dein pacto confraternitatis Anno 1614. pro singulis filiabus & sororibus ultimæ stirpis exarescentis ad 24000. florenos ampliata fuit.

§. XI.

Ex Domo Brandenburgica dotem ad 24000. thaleros statutam esse asserit BOEHMERUS (*pp*) quæ autem postmodum facta divisione inter FRIDERICI I. Liberos ad 20000. florenos Rhenenses ex ratione restricta fuit, ut diuisiones inde eò minùs gravari possint, quæ rursùs per dispositionem ejusdem domûs ALBERTI ACHILLIS ad 10000. florenos Rhenenses diminuta fuit, licet liberalitas hujus domûs Principissas ex post non raro ampliori dote condecorârit.

§. XII.

In Domo Palatina PHILEPPUS LUDOVICUS Neoburgensis filizæ ANNAE MARIAE FRIDERICO WILHELMO Altenburgi-

C. 2

co

(*pp*) De secundis Illustrium nuptiis p. 146.

co 1591. nuptæ 20000. florenos, PHILIPPUS WILHELMUS ELISABETHAE JACOBO Regio Principi Polonico 1691. nuptæ 100000. florenos Rhenenses in dotem dederunt; apud Principes Hohenloicos cùm EVA CHRISTINA filia PHILIPPI ERNESTI 1646. WOLFFGANGO FRIDERICO Hohenloico nuberet, expressè conventum fuit, ut non nisi 5000. floreni in pecuniâ & 3000. in clemodiis secundùm statûs dignitatem pro dote extradantur; apud Brunswicenses, Mecklenburgenses, Wittenbergenses, Holsatos, Badenses & Anhaltinos &c. &c. dos paritèr vel major vel minor statuta deprehenditur, prout scilicet vel opes & amplitudo territoriorum, vel ipse status familiarum id patiebatur, ad quæ videndus est ZEILLERUS (qq), LÜNIG (rr), **Württemberg. Landtags Abschied** de Anno 1607., **Brüderliche Vergleich** allda 1617. & 1628. LUDOLF (ss). Plura circa quantitatem dotium desiderans inspiciat Jo. FRID. WILH. DE NEUMANN (tt), quo loco etiam quantitates dotium in aliis regnis & Provinciis extra Germaniam reperire est.

§. XIII.

Recensitis hisce diversis moribus & consuetudinibus summorum Principum circa dotis constitutionem, inequalitas ejusdem sufficienter patescit, quod in dotibus
 priva-

(qq) Epist. 286. p. 842.

(rr) In Spicitegio Sæculari. T. 2. p. 1306.

(ss) De Jure Fœm. Illust. p. 163.

(tt) Reale Principum Jus lib. 5. tit. 4 §. 581. & seqq.


privatorum eò magis locum habet, quatenus in casu filia
abundè divitis patrem ad dotem filia locupletis ex suo
porrigendam Leges nullo modo adstringant, siquidem
illam omnino ex proprio filia patrimonio constituere va-
leat, id quod sequens casus clariùs dilucidabit.

§. XIV.

Ponamus, patrem duas habere filias, ambas simul
matrimonium contrahere, unam ex hæreditate vel legato
& fideicommissò amplum possidere peculium, alteram
verò omnino nihil, sed nudâ spe consequendæ tandem
legitimæ paternæ sustentari; ad elargiendam dotem de-
mum devenitur, ambæ æqualem præterdunt, eamque
ex patrimonio patris tradendam volunt; hoc casu secun-
dum omnem Juris dispositionem & analogiam est, quòd
pater filia aliunde bona propria possidenti ex bonis ejus-
dem tot & tantum pro dote assignare, alteri verò filia,
quia hæc in bonis quibuscunque adventitiis nihil habet,
ex proprio patrimonio paterno loco dotis congruè hanc
illamve quantitatem pecuniæ constituere valeat.

§. XV.

Suffragatur etiam huic sententiæ nostræ Lex ultima
Cod. de dot. promiss. & nuda pollicitat. in qua habe-
tur casus, quòd dos filia, quæ abundè bona materna
possidebat, à patre promissa fuerit, quâ Lege quæstio-
nem motam legimus: utrum hoc casu pater censeatur
dotem ex proprio, an verò ex peculio filia promississe?



In diversas Jcti opiniones inter se dividebantur, & utrinque dubitabatur, an uni aut alteri opinioni adhærendum foret; sed hoc dubium in eadem ipsa Lege demum decisum & responsum fuit in verbis: *Sancimus: siquidem nihil addendum existimaverit, sed simpliciter dotem vel ante nuptias donationem dederit vel promiserit, ex sua liberalitate hoc fecisse intelligi.*

§. XVI.

Cum itaque in dicta Lege facti quæstio proponeretur: utrum pater filiz, cui dotem antecederet promiserat, ex proprio promississe censeatur, atque ibi decisum fuerit, quod, si simpliciter promiserit, nulla facta mentione cujuscunque patrimonii, id de proprio intelligi debeat, argumentum sane à contrario formare non incongruè licebit, quod omnino, si velit, ex peculio filiz dotem constituere possit; vana alias in hac Lege fuisset quæstio, vana Jctorum in diversas opiniones inclinantium dubitatio degenerans omnino in quæstionem Domitianam ab Imperatore JUSTINIANO in vanum decidendam, Inde si in concursu duarum filiarum, ubi una aliunde dives foret, altera in peculio nihil teneret, pater possit uni dotem ex proprio majorem assignare, alteri verò ex suo patrimonio minorem constituere, conclusio prona est, quod liberi inæqualiter dotari possunt.

§. XVII.

Audiendi verò non sunt, qui in hisce casibus patri necessitatem dotandi filias de cætro etiam divites adstruant,

(0)

struunt, ad eandem Legem ultimam Cod. de dot. promiss. & nud. pollicitat. confugientes, dum ex illa pro-
sententiâ affirmante varia momenta trahere distorto pro-
fectò sensu volunt; Etènim si rationem Legis, ipsaque
verba accuratiùs paulisper inspiciamus, reperire sanè est,
ex eadem non solum subsidii nihil capeffendum esse, sed
infinimul sententiæ adversariorum in totum contrariari.

§. XVIII.

Feruntur autem potissimum sequenti ratiocinio : Lex
ultim. Cod. de dot. promiss. generaliter loquitur, & non
distinguit inter filiam divitem, vel inopem, juxta vulga-
rum ergò, ubi Leges non distinguunt, neque nostrum
est distinguere; item dos surrogata est in locum legiti-
mæ, legitima autem debetur liberis Jure Naturali indi-
stinctè & æqualiter; ergò etiam idem de dote sentien-
dum: instaurant argumentum paritate porrò desumpta
à legitimâ ad alimenta dicendo: hæc ipsa legitima suc-
cedit in locum alimentorum, alimenta debentur liberis
indistinctè, quia, qui alimentâ denegant, necare viden-
tur (*uu*); ergò sicut legitima liberis quibuscunque ita &
alimenta eandem rationem habentia debentur: provo-
cant ulterius ad dispositionem Juris (*xx*), qua pater ad
dandam dotem ex necessitate teneri dicitur, & ex officio
Judicis cogi potest.

§. XIX.

Sermocinationes istæ suo colore depictæ & speciosius
adeò ventilatæ, si primo obtutu inspiciantur, videntur
quid-

(*uu*) L. 4. ff. de agn. & al. lib.

(*xx*) L. 19. ff. de Ritu Nupt.

quidquam in recessu habere, verum re penitus non nihil ponderatâ omni robore Juris destitutæ esseprehenduntur, & suis ipsi in hoc genere argumentorum telis adversarii plerumque conficiuntur, prout seqq. §§. uberius explanabitur, ubi & singulis argumentis ex ordine satisfiet.

§. XX.

Ratione primi argumenti, quod ex allegata Lege finali deducunt, generalitatem in eo adstruunt, quod in dicta Lege absque differentia filiarum divitum vel inopum ibidem dicatur: *paternum esse officium suam dotare progeniem*: nudum fanè hoc assertum est, & limitatio ex iis, ac casu Legis, quem superiori §. XV. adduxi, notanter se offert, quod solum de filia bonis maternis divite ibidem dubium incidat, ex quo patrimonio dos promissa intelligatur, si à patre simpliciter promissa fuerit: hinc suo sensu non diffitemur verba ista *paternum officium* generalitatem quandam importare, sed an necessitas in casu filia aliunde divitis incumbat patri ex proprio semper patrimonio illam dotandi, alia omnino quæstio est, quæ per argumentum à contrario ex præfata Lege haudquaquam eruitur (yy).

§. XXI.

Minus quoque roboris habet alterum argumentum, dotem surrogatam esse in locum legitimæ, proinde ut
hanc,

(yy) Vid. §. 16. cap. 2.

hanc, ita & ex paritate rationis ipsam dotem Jure Natu-
rali liberis absque distinctione & limitatione deberi: pri-
mum membrum argumenti apertè falsum neque ulla in
Lege solidum fundamentum pro illo ostendi posse mihi
videtur: Secundum membrum in eandem cum primo
firmitatem abibit, si solidis rationibus in contrarium de-
monstratur, legitimam liberis porrigendam neque quoad
quantitatem institutionis, neque quoad substantiam ex
principiis naturalibus evinciri.

§. XXII.

Quantitatem legitimæ ex Jure Naturali demonstrare
volens, non demonstrabit vel is, qui aliquali saltem re-
cta ratione utitur; quotquot enim in confinio tantum Re-
giones & varia Summorum Principum territoria numera-
mus, totidem quoque diversas dispositiones circa suc-
cessionem liberorum tam quoad modum, quam quoad
quantitatem deprehendimus; quod fieri haudquaquam
posset, si legitima ex Jure Naturæ descenderet, cum id
jam notabilem variationem essentialibus illius Juris prin-
cipiis repugnantem involveret, neque Principes ipsi in
hoc Jure utpote pro statu naturæ puræ illo quoque infe-
riores validè quid statuere possent: nam jura naturalia
mutari nequeunt.

§. XXIII.

Sanè si legitima quoad quantitatem foret determi-
nata, consequens foret, quod quantitas legitimæ, in
D
omni



omant Gente, in omnibus Regionibus & locis deberet eodem numero esse determinata, ubi tamen contrarium vel solum Jus commune in territoriis variis receptum, cum aliis Juribus Provincialibus comparatum comprobatur; & quid vetaret demùm, Celsissimum Principem nostrum in territorio Herbipolensi Jus quoque commune invehere, & statuere, ut quadrans & non amplius dodrans sit filiorum legitima? nec ratio profectò, nec Lex in contrarium obstare mihi videtur; est quippe legitima liberorum semper de mero Jure acquirendo, filiique sub spe & timore vivere debent, ne parentes plura ineundo matrimonia eorum legitimam imminuant.

§. XXIV.

Quoad substantiam legitimam in Jure Naturæ non fundatam esse, ex altero adversariorum eadem falsitate subnixo argumento demonstratur, quòd nimirum legitima sit surrogata in locum alimentorum, hæcque liberis quibuscunque absque limitatione debeatur; utrumque argumentum parùm firmâ basi nititur: ratione primi enim Legem nullam, ratione alterius contrariam habemus, liberis divitibus alimenta à parentibus non præstari respondente **ULIANO Lib. 2. de officio Consulis (22)**: *sed si filius possit se exhibere, æstimare judices debent, ne non debeant ei alimenta decernere*: quid si eodem genere argumentationis nunc uterer, & totum inverterem: alimenta & dos pari passu ambulant, siquidem dos juxta

sen-

(22) L. 5. ff. §. 7. de agn. & alen. liber.

sententiã adversariorum datur filiz, ut statur à viro, sed pater filiz aliunde habenti non tenerur alimenta præstare juxta modo allegatam Legem, ergò neque dotem dare; quid etiam si concedere velimus, paritati vim quandam & efficaciam inesse, quis nescit legitimam regulariter nunquam in vivis, dotem verò & alimenta semper & plerumque in vivis præstari oportere.

§. XXV.

Accedit frustraneas omnino fore constitutiones Imperatorias (aaa) circa causas exhæreditationis liberorum, qui stante supposito, quòd legitima sit Juris Naturalis, nequidem exhæredari possent, liberisque militum, qui per Leges soluti solennibus Juris Civilis non tenentur, eos in legitimã instituere, quique idcirco testamentum paternum tanquam inofficiosum impugnare nequeunt (bbb), absolutè legitima relinquenda foret, atque sic Jus quæsitum ijs ex hoc Jure competens à nullo Legislatore, Judice vel privato auferri posset, sine ratione contradicente GALLIO, dum (ccc) ait: " Si verò statutum, vel
" consuetudo simpliciter auferret legitimam, nec in alio,
" quòd vicem ejus habeat, compensationem faceret,
" tunc intrepidè tenendum: tale statutum tanquam contra
" rationem & omnem Legem tam Naturalem & Divinam, Canonice & Civilem non valere, alimentorum

D 2

"enim

(aaa) In Novella 115.

(bbb) L. 9. & 24. C. de inoff. test.

(ccc) L. 2. Obf. 122. n. 13.

" enim petitio nullo statuto tolli poterit, cum de Jure
 " Naturali liberis alimenta debeantur." Hypothesis ni-
 mirum falsa de legitima surrogata in locum alimentorum
 sequelas & consecutanea, omnino falsa; etiam GALLIO per-
 suasit; omne proinde argumentum sententiæ oppositæ
 statuentis, legitimam in Jure Naturæ fundari, ex alla-
 tis hucusque nullo pondere suffulciri constat.

§. XXVI.

Legem 19. de ritu nuptiarum minùs obstare prouum
 est colligere, si tantum casus illius Legis separentur,
 continet autem potissimum duos: in primo enim dispo-
 nitur de iis, qui injuriâ prohibent liberos, uxorem du-
 cere, & nubere: in secundo disponitur de iis, qui dotem
 dare nolunt, verba ita sonant: *Qui liberos, quos habent
 in potestate, injuriâ prohibuerint ducere uxores vel nubere,
 vel qui dotem dare non volunt &c.* Sequens sanè est Le-
 gis citatæ interpretatio, quod parentes, qui liberis, quos
 habent in potestate, inhihent matrimonium, non solum
 malè & injuriosè agant, sed etiâ si idcirco vel damnum
 pudicitie incurrant, vel inæqualia matrimonia absque
 consensu parentum ineant, si in tempore iis de his non
 prospectum fuerit, cum *prohibere videtur juxta allega-
 tam Legem, & qui conditionem non querit*, illis dos à
 parentibus denegari non possit, sed ad dandam iidem ex
 officio judicis cogi possint. Igitur Lex ista specialiter
 omnino disponens, parum adversariis patrocinator, ne-
 que enim ibi asseritur, quod judex semper & indistinctè
 in quouis casu ex officio patrem ad dandam dotem,

multò

multò minùs æqualem, si diversitas matrimonii tum ratione onerum tum ratione maritorum & horum dignitatis subfit, compellere possit: hoc certè officium in casibus recensitis se fundaret duntaxat in æquitate, minimè autem æquum est, patrem ad dandam dotem compellere, si filia dives sibi dotem constituere possit.

§. XXVII.

Si enim redimus ad Legem ultim. Cod. de dot. promiss. & nud. pollicit. tanquam sedem oppositæ sententiæ, apertè ibi dicitur, quòd in casu, ubi filia ipsa dives est, & pater nihilominùs desuper dotem promittit, hanc ex proprio promississe intelligatur, quòd autem dandum est ex liberalitate, potest à contrario non dari, sed dos danda est ex liberalitate juxta allegatam Legem, filiaque dives non eget hac liberalitate: ergò necesse non est dari saltem ex proprio patris, sed solum filia divitis peculio,

§. XXVIII.

Scilicet si inspectare velimus, utrum Lex de casu speciali loquatur, aliisque Legibus idcirco deroget, pro regula observandum est, quòd ratio Legis prius inspicienda veniat, cessante enim ratione Legis cessat ejus obligatio (*ddd*), ratio autem Legis, quare parentes teneantur soboles dotare, non alia profectò assignanda erit, quam ut filia congruum matrimonium inveniant, oneraque illius eò facilius perferre possint, quæ ratio cessat, si filia

D 3

dives

(*ddd*) Arg. L. 13. ff. de adopt.

dives ipsa sibi dotem constituere, & nuptias sibi acquirere possit. Parùm hinc me movent, quod regerunt, dotem non ad esse simpliciter, sed ad benè esse constitui, ideoque patrem teneri, ut quàm optimè filia de marito prospiciat: allegatum est, & probatio desuper faciendâ, usque eò igitur sufficiet, si de congruo provideat, congruum autem maritum habere jam poterit, si ipsa dives sit.

§. XXIX.

Decisionem sanè ultimam facit JUSTINIANUS *Legè ultimâ* citatâ, quam plausibiliter adeo ipsi adversarii efferunt: est enim hæc una ex 50. novis Decisionibus, quod Authores passim affirmant, & ex casu *Legis ibidem* proposito, uti in superiori §. XV. hujus capituli adverti, luculenter evincitur: scilicet factâ propositione: an pater de patrimonio suo vel filia peculio dotem promiserit, cum ad filiam fortassis aliunde bona materna pertinerent, Juri inter se dubitabant, in quam sententiam eundum foret, quod dubium demùm in eadem *Legè* decisum & responsum fuit, patrem de suo promississe, correctaque fuit generalis illa ratio in officio paterno posita, dum ait Imperator: *Neque enim Leges incognitæ sunt, quibus cautum est, omnino paternum esse officium dotem vel ante nuptias donationem dare pro sua progenie*: Sin autem semper parentibus quoquo casu filiarum vel divitum vel inopum ex bonis paternis dotandi necessitas incubuisset, irrita in dictâ *Legè* proposita quæstio, irrita quoque Juratorum & irrationabilis fuisset hæsitatio.

§. XXX.

Quandocunque autem in Lege aliqua specialis casus proponitur, desuperque varia JCtorum quaestiones moventur, horumque dubitatio accedit, atque hoc dubium in eadem Lege postmodum deceditur, autores tanquam infallibile crinomenon notant, quod ejusmodi Lex sit una ex 50. novis Decisionibus, id quod in praesenti sese abundè manifestat, & adhuc magis se confirmat, ex subscriptione anni quingentesimi trigesimali, sub LAMPADIO & ORESTE, quo novae istae Decisiones componi coeperunt JUSTINIANO affirmante (eee). Igitur Lex finalis pro sententiâ oppositâ nullum fundamentum praebet, imò eidem in toto complexu suo contrariatur, porròque evictum dedimus, æqualitatem dotis neque ex Jure Naturali, Civili Romanorum, nec Germanico deduci posse, quid verò Jure patrio & Provinciali Franconico circa illam obtineat, exponet

CAPUT III.

Jus Franconicum circa filias inæqualiter dotandas Juri communi suffragari concluditur.

SUMMARI A.

I. & II. *Concordantia & discordantia Juris communis & Franconici exponitur: in specie, quoad parentes naturales & legitimos simul & tantum legitimos.*

III.

(eee) De Emendatione Codicis §. 1.

- III. & IV. *Jure Franconico dotis datio ad consensum parentum & certos annos restringitur.*
- V. & VI. *Prioris limitatio & malæ sequelæ subjiciuntur.*
- VII. VIII. & IX. *An dos statim à die initarum nuptiarum an verò post bimestre debeat, cum distinctione inter Jus Franconicum & Romanum determinatur.*
- X. XI. *Dos profectitia de Jure Romano causam proprietatis nullam habebat, quam tamen habet Jure Franconico.*
- XII. — XVI. *Inæqualitas dotis tum ex Ordinatione Provinciali, tum ratione demonstratur adeo, ut circa eam inter Jus Franconicum & Romanum nulla differentia appareat.*
- XVII. *Objectio de surrogatione dotis in locum legitimæ etiam in Jure Franconico removetur.*
- XVIII. *Quid Juris sit circa obligationem dotandæ filiæ locupletis ex Ordinatione Provinciali eruitur.*
- XIX. *Querelis filiorum ratione nimie inæqualitatis dotis respondendo concluditur.*

§. I.

Præcedentibus duobus Capitibus studium in eo posui, ut tum ex genuinis Juris Naturalis principiis, tum ex ipsis Romanorum Legibus consuetudine ac moribus in Aulis Summorum Principum vigentibus demonstratum darem, in constituendâ liberorum dote omnimodam illius æqualitatem ferè nunquam observatam fuisse, neque in se ipsa semper attendi posse: ordo nunc postulat, ut Jus Statutarium nostrum Provinciale desuper consulam, atque ostendam, quid circa hoc in materia præsentî veniat,

niat; quod sicuti in plerisque cum Jure communi coincidit, in nonnullis tantum ab eo recedit, ita in decursu unice ed allaborabo, ut concordantiam illius Juris cum Jure communi, secessumque ab eo in paucis modo casibus pro themate Dissertationis conarer adstruere.

§. II.

Duplicis generis parentes distinguit Jus nostrum Franconicum, quibus incumbit, liberos sub potestate patria existentes dotare: alii enim consueto more & jure præscripto justas nuptias ineunt extantibus adhuc nulla ex parte prolibus, qui naturales & legitimi simul, alique per pacta & unionem tales præsentibus jam liberis ex priori vel mariti vel uxoris vel utriusque matrimonio prognatis efficiuntur, & legitimi tantum audiunt (fff); naturales & legitimos simul etiam Jus Romanum non ignorat, cum juxta illud pater dicatur, quem justæ nuptiæ demonstrant (ggg): legitimos tantum autem planè non agnoscit, cum tales fierent per unionem prolium, hæc autem involveret pactum successorium, quæ pacta ob votum captandæ mortis è foris Romanorum dudum eliminata fuerunt (bbb).

§. III.

Restringitur verò hæc obligatio dotandi parentum in ipsa ordinatione (iii) ad eum tantum casum, ubi libe-

E

ri

(fff) Part. 3. tit. 98. §. 1; Ordin. Provin.

(ggg) L. 5. ff. de in Jus vocando.

(bbb) L. ult. C. de pact.

(iii) Part. 3. tit. 106. §. 1.

ri cum consensu parentum, & voluntate eorundem matrimonia iusta ætate inierunt, & si infra annum 18. filius, infra annum 15. filia ad votum transierint, iis in pœnam contempti parentalis consilii & inobediencia dos omnino nulla hoc Jure porrigenda est, in verbis: " Die Kinder,
 " die noch in Gewalt und Fürsorgung ihrer Eltern seynd,
 " und ihr verständig Alter noch nicht erreicht haben,
 " als der Sohn seines Alters 18. und die Tochter unter
 " 15. Jahren, sotten sich ohne Wissen und Willen ihrer
 " Eltern nicht verheyrathen, und da sie solches veracht-
 " lich überschritten, sollen die Eltern denselben ungehor-
 " samen Kindern bey ihrem Leben einig Heyrath, Gut,
 " Heimsteuer oder Wiederlegung, dotem oder dona-
 " tionem propter nuptias zu geben, auch in ihren letzten
 " Willen mehr nicht, dann ihren legitimam zu verschaf-
 " fen schuldig seyn.

§. IV.

Dixi, si soboles infra modo fatos annos & non iusta ætate matrimonia inierint: si ergo anni ejusmodi elapsi fuerint, liberisque ex post in tempore de congruis matrimoniis à parentibus prospectum non fuerit, iique demum sibi ipsis matrimonia quærant, dotem statutariam petere non prohibentur (kkk): " Werden aber die El-
 " tern den Kindern in Zeit obvermeltes Alters zu ehrl-
 " chen Heyrathen nit verhoffen, und gerathen seyn,
 " und die Kinder nach Verschreibung gehörter Jahren
 " sich

(kkk) §. 3. alleg. Tit. Ordip. Provin.

- sich selbst in Beyrath ehrlichen Personen begaben,
- so sollen die Eltern ihnen ein gebühlich Beyrath.
- Gut nach der Größe und Gelegenheit ihres Vermögens zu geben schuldig seyn.

§. V.

Absit autem, ut parentes, qui tempore superius memorato elapso non statim liberis de matrimonio provident, & iidem tum ad inæqualia omnino vota cæco quodam mentis insanientis amore & pruritu dilabuntur, hoc ipso jam in culpa & mora constituentur, dotemque amplius recusare non possint, ut potius decisio istius §. I. in Lege 19. ff. de ritu nupt. supra Cap. præced. §. XXV. adducta se fundet: si parentes liberos injuria prohibuerint justas nuptias contrahere, & sic irrationabiliter consensum denegârint, quo collimant verba præfati modo §. III. si in congruum statui suo & honestum matrimonium **ehrlicher Personen** se dederint.

§. VI.

Enimvero si completis annis legitimis liberorum necessitas simul parentibus subnasceretur, iis de matrimonio statim prospiciendi, & si fecus fuerit, iique ipsi conjugem sibi elegerint, ex Lege Provinciali ipso facto dotandi, quæ disparia non connubia, quos miros brevis dies Hymeneos celebrari carceremus? Scirent filii filiarum familias lapsum annorum legitimorum jam injungere parentibus obligationem dotandi in matrimoniis postea

incundis, scirent patriam potestatem hoc modo exuere, genioque melius & vesanæ libertati indulgere posse, cum amplam fortassis à parentibus dotem consequerentur, ideoque ad vota animo subindè diu destinata convolarent, licet statui suo minus accomoda, licet toti familiæ probrosa: assueti insuper in debili etiamnum ætate indeliberatæ libertatis dotem dissiparent, & tunc sibi, liberis & Reipublicæ oneri existerent, quæ secus se omnia habent, si ad casus allegatos ista Ordinatio restringatur, & sic liberi in tempore sibi ipsis sapiunt, in officio paterno, spe & timore melius continentur.

§. VII.

Privilegia dotis tum respectu personæ dantis, tum accipientis aliter Jure Franconico, Jure Romano aliter veniunt: ratione primi dos non prius tradenda est, nisi elapsis post consummatum matrimonium duobus mensibus, & si intra hoc bimestre à die consummati matrimonii dos non tradatur marito, ei demùm Jus est, pro tempore à lapsò bimestri computato usuras exigendi, ante lapsum ergo duorum mensium neque obligatio dandi, neque Jus exigendi marito subnascitur. (III)

” So die Eltern . . . ein Beyrath. Gut versprechen,
 ” oder in Fällen, so die Recht nachgeben, versprechen . . . so seynd sie die Bezahlung zum längsten in
 ” zwey Monatsfristen nach ehelichen Beyschlafen zu
 ” thun schuldig, und nach Verschreibung zweyer Mona-
 ” ten

(III) Part. 3. Ordin. provin. Tit. 101. §. 1.

ten mögen die Versprecher um die Bezahlung an-
 halten und beklagt werden, und seynd von Anfang
 ehelicher Beyschlafung bis auf die Zeit der Bezah-
 lung und Quittirung obligiret, verpflichtet, und ver-
 bunden. Item (*mm*) wann nun innerhalb be-
 stimmter Zeit der zweyen Monaten das Heyrath-
 Gut nicht vergnüget und bezahlt wird, so mag der
 Ehemann (als der die Bürd der Ehe trägt) solch
 Heyrath Gut in der Güte oder mit Recht erfordern
 und einbringen.

§. VIII.

De Jure Romano dos statim debetur, à tempore
 initi matrimonii, & spectamus hoc Jure rationem duo-
 bus Capitibus præcedentibus sæpius memoratam, dotem
 dari in ordine ad ferenda onera matrimonii, prout igitur
 hæc onera statim subsunt, quàm primùm nuptiæ cele-
 bratæ sunt, statim onus alimentorum, onus procuran-
 di supellectilem &c. in virum cadit, ita rectè dotem sta-
 tim exigere, fructusque illius sibi attribuere potest.

§. IX.

Hi enim fructus ad maritum pleno Jure pertinent,
 quibus invigilare necessitatibus domûs debet, remanente
 interim nihilominus penes uxorem dominio naturali,
 quod soluto per mortem mariti matrimonio ad illam ple-

(*mm*) §. 2. allegat. Tit. Ordin. Provin.

no Jure devolvitur; dominium istud naturale penes uxorem existens durante matrimonio quodammodo confopitum & in tantum limitatum est, ut contra id, quo utilitas dotis illatae marito intercipiatur, nihil validè à quopiam suscipi possit.

§. X.

Romanis dos alia fuit profectitia, alia adventitia, differentiam illius in superiori Capite I. §. VIII. atigi, ulteriorem & insignem hùc allegandam duxi, quòd mortuà muliere dos profectitia vel à patre, vel ab ejus hæredibus quoquo tempore repeti possit, licet liberi admodum supersint (*nam*): nisi pactis contrariis expressè aliter convenum fuerit; inde est, quòd dos hæc profectitia multum participet à peculio profectitio Romanorum, non verò quoad omnes effectus, quod ex eo patet, quia stante matrimonio fructus dotis ad maritum pertinent, eoque tantum post mortem uxoris modò ad patrem revertitur, peculia autem profectitia liberorum penes Romanos olim tam quoad proprietatem, quam quoad fructus ad patrem pertinebant.

§. XI.

Consuetudine e contrario Juris nostri Statutarii Francœnici dos liberis constituta omnimodam præsumptionem proprietatis pro se habet, ideoque etiam invito patre super

(*nam*) L. 6. ff. de Jur. dot. L. 12. & 26. pr. §. 2. ff. de pact. dot. L. un. §. 6. Cod. de rei ux. act.

per dote accepta testari possunt, ut inveniunt verba (ooo):
 "Also solle auch denen unabhethelten Söhnen, Töch-
 tern und Dichtern ihr Heimsteuer und Heyrath Gut..
 zu verteffiren und zu vermachen zugelassen seyn."
 Nolo verò hæc per modum differentię allegasse, decisio
 enim Juris Romani hoc casu tantum diversis innititur prin-
 cipiis; liberi nimirum illorum per justas nuptias patriam
 potestatem egressi non fuerunt, sed revera sub ea per-
 manserunt, adeoque tanquam non sui juris testari non
 potuerunt, e contra Jure Franconico nuptiæ sunt modus
 solvendi patriam potestatem; igitur liberi super dote ac-
 ceptâ liberè testari possunt, & sic quoad hunc passum
 ista Jura in diversis tantum principiis discrepant.

§. XII.

Nullam quoque Jus Franconicum determinatam
 quantitatem dotis agnoscit, quod eo ipso inæqualitatem
 illius notabiliter importat, sed dotis quantitas omnino ex
 parentum substantiæ quantitate commensuratur (ppp).
 Die rechte . . . Eltern, so die Kinder noch in ihren Ge-
 walt . . . haben, seynd denselben nach Größe und
 Gelegenheit ihrer Saab und Güter . . . ein
 zimmlich Heyrath Gut . . . zu Zeit des Verhey-
 rathen zu geben schuldig. Idem asseritur (qqq): Daß
 die Kinder . . . von dem gemeinen Gut zu unterhalten . . .
 und

(ooo) §. 11. Tit. 39. Part. 3. Ordin. Francon.

(ppp) Part. 3. Ord. Fran. tit. 98. §. 1.

(qqq) Part. 3. Ord. Franc. tit. 90. §. 3.

und so sie zu ihren Jahren kommen, ehrlichen zu bestatten, und auszusteuern schuldig.

§. XIII.

Idem observatur, si deficiente omni allodio fratres sola feuda masculina possideant, tum ii sororibus dotem quidem dare coguntur; sed hæc nonnisi regulanda est secundum amplitudinem feudi (rrr): **Wann aber die Eltern nicht andere Güter, dann alte Mannlehn verheffen, seynd die Brüder ihre Schwestern mit einem zimlichen Bevrath, Gut nach Gelegenheit der Lehn zu versehen schuldig.** Et secundum Statum dignitatem nach Ehren ihres Stands (sss), ita quidem, ut, si super dotis quantitate convenire non possent, arbitrio Judicis res dirimenda relinquatur, quid quantumve his in circumstantiis pro dote assignandum foret, in verbis finalibus modo allegati §vi: . . . " **Solle bey Erkantung unferes Land-Berichts stehen, was und wie viel diesel, falls die Söhne denen Töchtern zu Erreichen schuldig seyn sollen.**

§. XIV.

Mota igitur super determinandam dotis quantitate actione etiam secundum Jus nostrum Franconicam habenda est ratio status filie & patrimonii patris; si patrimonium patris sit minus, si minor status filie, minor quoque

(rrr) Part. 3. Ord. Franc. Tit. 98. §. ult.

(sss) Part. 3. Tit. 75. §. 7.

que dos pro modo enarrato statuitur; videtur quidem ex rebus hactenus judicatis pro normâ & regulâ quasi de stylo assumi voluisse, ut in computanda dote respectus habeatur ad futuram legitimam filiæ dotandæ, quam pater fideliter manifestare officio Judicis compellitur, & sic demptis à legitima quindecim pro centum dos assignetur: ejusmodi verò res judicatas vel raras esse vel non semper uniformes fuisse ex sequentibus apparebit.

§. XV.

Pater v. g. in patrimonio tenet 6000. florenos, quatuor numerat ex justo matrimonio soboles, filia una nuptias contrahit cum MEVIO, petitque dotem à patre, hic eandem dare recusat, res defertur ad Judicem, & agitur tum ad tradendam tum ad determinandam dotem: jam computatio in vim præfatæ regulæ ita fieri deberet: pater habet 6000. in patrimonio, quatuor extant liberi, igitur singulorum legitima sunt 1000., si jam quindecim à legitima subtrahantur, dos sunt 150. floreni: ponamus insuper MEVIUM in dignitate constitutum esse, si jam uxor dotis loco 150. florenos inferret, hæc sanè exigua foret, & statui ipsius mariti non congrueret; igitur in vim duorum §vorum præcedentium omnimoda statûs & patrimonii ratio habenda est, & ab hac regula sæpius in judicando his casibus recedi res judicatæ & præjudicia in contrarium abundè demonstrant.

F

§. XVI.

§. XVI.

Uterior inæqualitas dotis statuendæ ex eo liquet, quod illa de Jure Franconico aded in arbitrio dantis ponatur, quantum ea decerni velit, eaque semel decreta vel à patre vel à matre aut conjuge vel aliis sanguine conjunctis & à quovis quoquo tempore augeri, & meliorari possit (tit);
 Wie nun zu Zeit des Heyraths das Heyraths Gut und Gegen Geld gesetzet, und bestimmet werden kann; also kann es auch vom Vatter, Mutter, dem Ehegenossen, gesippten Freunden, und von einem jeden zu jederzeit gemehret, und gebesseret werden, jedoch, daß solches mit ausdrücklichen Worten, daß dieselbige Mehrung, auch Heyrath, Gut oder Gegen Geld seyn solle, geschehe.

§. XVII.

Neque etiam in Jure Franconico fundamentum capit opinio afferentium, dotem surrogatam esse in locum legitimæ, hancque succedere in locum alimentorum, & ita necessitatem parentibus impositam esse, suas quoque casu soboles dotandi, nam eo sensu nequidem Jus Franconicum certos separare casus potuisset, quibus legitima liberis porrigenda vel non porrigenda sit, uti patet toto Titulo tertio Partis tertie Ordin. Provinc. Francon., non potuisset statuere, quod legitima nunquam vivis parentibus, nisi ex causis in allegato titulo memoratis debeatur, cum tamen liberi sapissimè adhuc vivis & in-

vitis

(tit) §. ult. Part. 3. tit. 99. Ord. Franc.

(•)

vitis parentibus ad vota transeant, & alimentari velint, imo superfluum foret juxta §. XIV. hujus Capituli computationem legitimæ in determinanda dotis quantitate non raro facere, & quindecim pro centum deducere, si dos succederet in locum legitimæ, cum hæc eo ipso tota deberetur, & res computatione non indigeret.

§. XVIII.

Vidimus Juris Franconici & communis in plerisque amicam concordiam, huic tamen locum non esse circa facultatem parentum dotem denegandi filia locupletis constat ex Ordinatione Franconica (uuu): "Sollen diese nicht schuldig seyn, bey ihrem Leben den Kindern aus solchem Voraus ein Beyrath. Gut oder Aussteuer zu geben, sondern es seyn die Eltern solche Kinder, so sie noch in Verwaltung haben, von dem andern auszusteuern schuldig." Interim filius ipse potestas ex peculio proprio adventitio etiam cum præjudicio circa usumfructum parentibus competentem aperte adstruitur (xxx): "Gleicher Gestalt, wann diejenige, so sich in den Ehestand begeben, angefallen Eigenthum hätten, dessen ususfructus oder Niessung noch beym Vatter, Mutter, Anherren, oder Anfrauen und also in ihret Eltern Händen wären, mögen sie solch Eigenthum auch zum Beyrath. Gut oder Wiederlegung anwenden und maßen.

§. XIX.

(uuu) Part. 3. Tit. 98.

(xxx) Part. 3. Ord. Fragc. Tit. 99.


§. XIX.

Non quidem diffiteor, hic obmoveri demùm à nonnullis posse, si dotis inter liberos statuendæ inæqualitatem ad eò certam & evictam demus, ut plurimùm circa illam determinandam arbitrio parentum relinquamus, contingere non rarò posse, ut parentes liberis modò minorem, modò majorem absque omni discrimine status futuri matrimonii & dignitatis mariti conferant, pro ut scilicet ii unam alteramve sobolem amore plus & sapiùs quidem inordinato prosequuntur, ac sic indirectè eveniente bonorum divisione causam unius alteriusve præcæteris duriorem efficiant, quod vel solum exinde patet, quòd bona ejusmodi à parentibus liberis in dotem datum usùris nunquam conferri soleant; verùm ista dum statio, nolo vagam & omninò illimitatam hanc parentibus facultatem adstructam quis existimet, sed, si ad eò inæquales forent liberorum dotes, ut ii in legitimâ læderentur, iis sanè actionem ex Lege un. Cod. de inoff. dot. statuo indulgendam.

Habes L. B. thema Dissertationis de dotis inæqualitate ex vario Jure elaboratum, æqui bonique habe, favæque, memor, me tyronem hæc conscripsisse; quibus fors specialis obtingeret, si quid facerent ad illustrandam Ordinationem Reipublicæ Franconicæ, cujus salus suprema Lex & summi Legislatoris

F I N I S.





COROLLARIA EX UNIVERSO JURE.

EX JURE NATURAE ET GENTIUM.

I.

Quemadmodum unum, verum, firmum, & stabile
Juris Naturae principium dari nullum solo dissensu
Juris Actorum probari videtur, ita & nullum as-
signari necesse est.

II.

Supposito pacto fundamentalis, quo subditi summam remem
in Principem transtulerunt, iis non competit de Jure
Naturae jus vitae & necis in Principem.

III.

III.

III.

Supposito tamen eodem pacto Principis potestas Legibus tum Divinis, tum Naturalibus & fundamentalibus suis limitibus circumscripta est, inde non per omnia probandum est vulgatum istud principium: Quod Principi placet, Legis habet vigorem.

IV.

Quid sit Juris Canonici vel Divini circa prohibitionem usurarum merè lucratoriarum (de compensatoriis enim non litigatur) utrum eas prohiberi ex principiis naturalibus tam facile evincatur, Interrogatus exponam; mordentes interim usuras omni Juri repugnare defenditur.

V.

Immunitas Legatorum ex Jure Gentium originem ducit, quæ se tamen non extendit ad casum, quo Legatus agit contra Principem vel Rempublicam.

VI.

Quonquam denuntiatio belli ante inchoandum bellum Jure Gentium videatur necessaria, tamen dantur certi casus, in quibus denuntiatione etiam non factâ bellum est legitimum.

EX

EX JURE CANONICO.

I.

Summo Pontifici neque directè neque indirectè potestas in temporalia Principum competit, inde neque subditos Vassallagio solvere ipse potest, neque Principes per usum Juris, quod Placetum Regium appellant; officii sui limites prætergrediuntur.

II.

Leges Romæ tantum publicatæ in universa Ecclesia non obligant, uti etiam non obligant Leges politicæ à Principe seculari in sola civitate principali promulgatæ.

III.

Concordata Nationis Germanicæ non involvunt meram gratiam & privilegium respectu Summi Pontificis, igitur iis ex plenitudine potestatis derogare nequit.

IV.

Immediata collatio beneficiorum ad Jus Primatûs non pertinet, inde fundamento caret illud: Papa est dominus omnium beneficiorum.

V.

Exclusiva, quam Imperator in electione Summi Pontificis nonnunquam dare solet, nequit ponere regulam pro electionibus quoque Episcoporum Germanicæ.

VI.

Potestas Episcoporum, sicuti varia est, ita etiam in vario Jure vel Divino vel Canonico fundatur, ea tamen, quæ ad regimen animarum pertinet, immediatè à Christo Domino confertur.

EX JURE PUBLICO.

I.

Jus reformandi Dominis territorialibus competit ex usitata hætenus in Imperio praxi.

II.

Idipsum Jus reformandi non dependet à statu vel habitu sic dicti anni decretorii, sed subditi tantum ex nudo factò possessionis Jus suum habent; hinc Dominum territorialem simultaneum Religionis suæ exercitium in eodem loco, quo illud dicto anno non fuit, introducere posse, L. P. W. satis demonstratur.

III.

Jus primariorum precum Imperator sibi jure merito vendicat, idipsum Jus autem an dependeat ab indulto Summi Pontificis inter possessorium & petitorium, non sine ratione distinguitur.

IV.

Justam & efficacem fuisse Summi Pontificis adversus P. W. protestationem defenditur, neque huic pacificationi exceptio, vis aut metus validè opponitur.

V.

V.

Recessus Imperii tanquam Leges fundamentales obligant omnes Status, non tamen ita, ut Principes pro suo territorio in negotiis subditorum Juri communi & Recessibus Imperii Leges contrarias statuere non valeant.

VI.

Actio popularis in causis religionis Dominum inter & subditos controversis Legibus Imperii contradicit.

EX JURE CIVILI.

I.

Non est ea efficacia juramenti, ut possit validare actus de Jure invalidos, validéque illud etiam suspecto de perjurio defertur, quo tamen casu probato perjurio causa debet retractari.

II.

Dolus sive dederit causam contractui, sive inciderit in contractum, semper relinquit arbitrium decepto, velitne ad rescindendum vel annullandum agere.

III.

Lex Aquilia ex culpa juridica non inducit obligationem in foro conscientiae ante rem judicatam, neque si alia actio ne experiri possim, hac praetermissa ad eam indistinctè confugere licet.

X 3

IV.

IV.

Nobile officium, quod in causa contentions Judex imploratus non raro interponere solet, non omnino illimitatum est, sed suis quoque terminis Legum aded continetur, ut quaedam possit, quaedam non possit, quaedam autem ex eo debeat supplere.

V.

Uterini fratres querelam testamenti inofficiosi nunquam habent, consanguinei solum, in casu si scripti heredes infamiae vel turpitudinis vel levis notae macula aspergantur, secundum Legem 27. Cod. de inoff. Ex eadem tamen Legge, neque aliunde ex Jure in theoria evincetur, quod fratribus Germanis conditione praesata deficiente querela inofficiosi denegari debeat, quibus nimirum, etiam persona honesta instituta modo facta querela competit.

VI.

Privilegium personarum miserabilium mediatarum se non extendit statim ad suprema Imperii Dicastria, sed territorii S. R. I. Principum continetur.

EX JURE FEUDALI ET CRIMINALI.

I.

Legitimati per subsequens matrimonium in feudis aequae ut allodiis succedunt non obstante H. Feud. 26. vers. naturales.

II.

II.

Pecunia ex feudo redacta feudalis non est, sic vendito feudo veteri & comparato ex illâ pecuniâ alio feudo hoc nihilominus novum audit.

III.

Investitus de Jure venandi simpliciter non indistinctè quoque de Jure venandi majori investitus esse censetur, sicut & cui Jurisdictio simpliciter concessa est, Jurisdictio criminalis concessa minùs intelligitur.

IV.

Occidens alterum, cum ex mandato tantum vulnerare debuisset, pœnam homicidii ordinariam incurere probabilis est, sicut & infanticida, etiamsi non constet physicè de corpore delicti, certis in casibus pœnam ordinariam meretur, cum infanticidium non semper delictum permanens sit.

V.

Principes Imperii Ecclesiastici sicuti omnimodam Jurisdictionem exercent, ita & in criminalibus omnino Judices competentes sunt,

VI.

Qui non solum in delictis, quæ culpâ sed etiam dolo patrantur, in specie in homicidio voluntario, uti Jure aggratiandi nullâ Lege prohibentur.



[The page contains extremely faint and illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the document. The text is scattered across the page and cannot be transcribed.]

